

einzelne verzeihelt 4. III. 1915

Silvest. theol. Vol. 35

~~S. 111.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
VI-15.  
SIGNAT. MDCCCXIII.

18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2



6  
דַּעַמְרָא בְּלֵאֵי סוֹמְנִי יִפְתָּא מִיִּסְנָא

De

N O M I N E  
D I V I N O

יְהוָה

DISSERTATIO I.

Quam,

Juvante Jehova,

*In illustri ad Albim Academiâ,*

PRÆSES

M. GEORGIUS Schwarze /

Greifsvvaldiâ Pomeranus.

ET RESPONDENS

GUSTAVUS JOHANNES LAURENTIUS,

Revaliâ Livon.

Eruditis examinandam sistunt

*In Auditorio minori*

*Ad diem XXV. Augusti horis antemeridianis,*

*Anno partus virginis M. DC. LXXVII.*

---

WITTENBERGÆ,

Literis MATTHÆI HENCKELII, Acad. Typogr.





כי יתקן :

Δίς καὶ τοῖς τὸ καλόν : Bis aut ter, quod pulchrum est. Ita communi dicitur adagio. Nos ejusdem in presenti memores controversias de nomine Jehova toties totiesq; inter eruditos agitatae repetimus. Magnum enim ac gloriosum illud nomen meditatione dignum est perpetuâ. Nihil etiam dicitur, quod non sit dictum prius. Quin & quandoq; post messem licet legere specilegium. Nemo igitur nobis vitio vertat, quâsumus, quod hac sub incudem revocemus denuò. Forsan intricata ex Philosophiâ, aut vexata in Philologiâ, si ea placuisset, nobis non defuisset controversia. Sed, si dicendum quod res est, pro nimia, quâ flagramus erga Deum, charitate, mens Deum, divinumq; nomen meditari gestiit. Tantis siquidem ab Evergetâ illo maximo nos ornatos esse beneficiis, quanta nec desiderare, nec sperare potuimus, hic iterum consiteri cogimur. Quid igitur nobis prius? Quid erit antiquius? quam aeternas pro iisdem divino Nomini decernere gratias. Quae proinde materia meditationis nobis gratior? Quae poterit esse dignior? quam Deus; Deus ille benignissimus, & gloriosa ejus nomina. Age igitur Jehovæ freti auxilio, de magno & glorioso nomine Jehova jam differimus. O Jehova juva! FIAT.

S. I.



Tymologiam, vocis יהוה tradunt alii falsam, alii probabilem, alii veram. Falsa est Hieronymi ab Oleastro, qui deducit nomen יהוה à nomine יהוה, perniciës, erumna, pravitas, hac usus ratiunculâ, יהוה majorem habere convenientiam cum יהוה quam cum יהוה. At in inquirenda radice non tantum respicimus ad externum literarum sonum, sed simul imo potissimum ad internum vocis significatum. Hinc nomen יהוה quoad exter-



num sonum magis cum  $\text{יהוה}$  quam  $\text{יהו}$  convenire concedi-  
 mus. Sed cum significatio ejus nullatenus voci  $\text{יהוה}$  sed  $\text{יהו}$ ,  
 ut deinceps videbimus, respondeat, utiq;  $\text{יהו}$  pro R. Spuria  
 nominis  $\text{יהוה}$  non immerito habetur. Ne dicamus, ipsam vo-  
 cem  $\text{יהוה}$  non esse primitivam, sed à R.  $\text{יהו}$  derivari. Quid-  
 ni igitur in derivatione nominis  $\text{יהוה}$  potius ad ipsam R.  $\text{יהו}$   
 quam  $\text{יהוה}$  recurrendum erit? Probabilis autem eorum habe-  
 tur derivatio, qui radicem hujus nominis dicunt esse  $\text{יהו}$  FUIT.  
 Dicunt enim  $\text{יהו}$  atque  $\text{יהוה}$  esse literas  $\epsilon\upsilon\mu\epsilon\tau\alpha\beta\acute{o}\lambda\omicron\varsigma$ , & h. l. unam,  
 pro alterâ positam esse. Imo Drusus in not. ad tetr. p. 58. quan-  
 dam hujus permutationis rationem allegare non dubitat: *Sc. non  
 conveniens esse, ut dictio sacra eadem sit cum aliis dictionibus profa-  
 nis.* Hinc Radicem  $\text{יהו}$ , cum rebus profanis quoque compe-  
 tat, Deo non ita, sed aliquo modo, immutatam debere attribui e-  
 xistimat. Nos vero concedimus  $\text{יהו}$  atque  $\text{יהוה}$  quandoque inter se per-  
 mutari. Ubi autem vox sine tali permutatione exponi potest,  
 ad illam temere non confugiendum esse, monemus. Ratio vero  
 Drusi nulla est. Ex illâ enim sequeretur: Non etiam dicendum  
 esse  $\text{יהוה}$  sed  $\text{יהו}$ ; Quin & alia quoque nomina Dei im-  
 mutanda esse; Nec Deum posse vocari ex Ap. I, 14.  $\tau\acute{o}\nu \acute{\omicron}\nu\theta\epsilon\acute{o}\nu$ , imo  
 nec  $\theta\epsilon\acute{o}\nu$ , cum ea aliis quoque competant. Nobis igitur eorum ar-  
 ridet sententia, qui pro R. verâ ac genuinâ hujus nominis habent  
 $\text{יהו}$  FUIT: Quod verbum non tantum apud Chaldaeos, sed &  
 Ebræos, ut ex Eccl. II, 22, Gen. XXVII, 29, Neh. VI, 6. apparet, in  
 usu est. Hanc autem sententiam præ aliis fovent B. Gerhard. in  
 LL. CC., Magnif. Dn. D. Calov. in Theol. Nat. & Rev. item in Sy-  
 stem., B. Dorsch. in Dissert. de Nom. Jehov., B. Walth. in Spicileg., B.  
 Kromayer in Theol. Positivo-Pol. p. 101., Pl. Rev. Dn. L. Pfeiffer in  
 Dissert. de Nom. div., Buxtorf., Avenar., Schindler., Forster., in  
 Lexic. &c. Ab hac siquidem R. hoc nomen sine ullius literæ im-  
 mutatione deduci potest. Proinde hæc derivatio, quoniam est  
 simplicior, alteri omnino præferri debet. Sed disceptant hic  
 denuo, utrum  $\text{יהוה}$  ita ab  $\text{יהו}$  derivatum sit 3. person. Sing.

Masc







omnium summas acceperit,  $\omega\delta\gamma\delta\ \tau\delta\ \iota\epsilon\rho\acute{\epsilon}\theta\ \theta\epsilon\acute{\iota}\ \tau\delta\ \iota\epsilon\upsilon\omega$  à *Sacerdote quodam Dei IEYO*. Quamvis & iterum hic mendum subesse suspicentur, legentibus aliis  $\iota\acute{\alpha}\omega$ , aliis  $\iota\epsilon\upsilon\iota$ : Cujus vero diversitatis causa esse possunt vel librarii in vocibus peregrinis mire variantes, vel ipsorum ethnicorum ignorantia. Denique ipsum nomen latinum JUPITER ( seu obsoletum illud JOVIS ) non à JUVANDO juxta *Varron. Agell.* aliosq; , sed itidem à  $\text{יהוה}$  traxisse originem opinantur plurimi. Et quidem non tam à  $\text{יהוה}$  quam à  $\text{יהו}$  juxta  $\sigma\omicron\chi\alpha\sigma\mu\omicron\nu$  Fulleri l. c.

§. 4. Observationem etiam hic merentur tituli illi honorarii, quibus nomen  $\text{יהוה}$  insigniunt. Sic vocant  $\text{השם האל} \epsilon\acute{\xi}\omicron\chi\eta\nu$  ex Lev XXIV, u, quo de in Dissert. de Nom. Dei in gen. Item  $\text{שם הנכבד והנורא}$ , *nomen gloriosum & terribile*: fortassis, quod superstitiosi Judæi ejus pronunciationem sub pœna mortis interdicerent. Item  $\text{שם המיוחד}$  *Nomen proprium*, quia soli Deo proprium est. ut &  $\text{שם העצם}$ , vel  $\text{שם ההויה}$  *Nomen Substantia vel essentia*, quod ipsam essentiam divinam, ejusq; independantiam ac immutabilitatem significet. Nec non  $\text{שם המפרש}$  i. e. ( pro diversa R.  $\text{פרש}$  significatione ) *Nomen expositum*, quod hoc nomine divina essentia explicetur, & eo ipso Deus suam essentiam Mosi ac Israelitis exposuerit. Vel ut aliis placet, quod hoc nomen à Judæis non pronunciatum, sed per voces mysticas 12. aut 42. vel 72. literis constantes explicatum fuerit: quo de conf. §. 13. Vel *Nomen separatum*, quod peculiare Dei nomen sit, ab omnibus aliis separatum, soli q; Deo competens. Vel *Nomen mirabile*, juxta Münster. in Dict. Chald. Deniq; vocatur etiam hoc nomen  $\text{שם ארבע אותיות}$ , Græcè  $\pi\tau\epsilon\tau\gamma\epsilon\acute{\alpha}\mu\mu\alpha\tau\omicron\nu$  s. nomen 4. literarum, sc.  $\epsilon\acute{\xi}\omicron\chi\eta\omega\varsigma$ ; alias &  $\text{ארני}$ , &  $\text{ארה}$  itidem sunt nomina quadrilitera. Conf. Dissert. de Nom. Dei in gen. §. 14.

§. 5. Patres autem vocant passim hoc nomen,  $\alpha\upsilon\epsilon\kappa\phi\omega\eta\tau\omicron\nu$ ,  $\acute{\alpha}\rho\eta\theta\eta\nu$ ,  $\acute{\alpha}\phi\epsilon\gamma\sigma\omicron\nu$ ,  $\acute{\alpha}\lambda\epsilon\kappa\tau\omicron\nu$ ,  $\acute{\alpha}\phi\theta\epsilon\gamma\tau\omicron\nu$ ,  $\acute{\alpha}\pi\omicron\rho\acute{\rho}\eta\tau\omicron\nu$ , &  $\rho\eta\theta\eta\nu$   $\mu\eta\ \delta\upsilon\nu\acute{\alpha}\mu\epsilon\nu\omicron\nu$  &c. In cujus vero denominationis ratione exponendâ eruditi non conveniunt. Communiter censent ideo vocari  $\alpha\upsilon\epsilon\kappa\phi\omega\eta\tau\omicron\nu$  &c. s. ineffabile, quod Patres cum Judæis existimaverint, nomen hoc juxta proprias vocales & consonantes sine impietate nec posse, nec debere pronunciarî. Qua de re quid habendum sit, Deo dante, Dissert. subseq. declarabimus. Sed *Magnif. Dn. D. Calov. in Theol.*

*Theol. Nat. & Rev. p. 232*, illos putat, qui hoc nomen vocaverint ἄ-  
φραστον, potius respexisse rem nomine hocce significatam ineffa-  
bilem, quam vocē ipsam, quæ per se ἀφραστον non est. Ita quoque  
*Galatin. l. 2. c. 10.* Non hoc nomen, inquit, quoad vocem ipsam nominis  
ineffabile dicitur, cum & ipsi illud quandoque pronunciarunt, & æque,  
ut scriptū est facile proferri possit, si literæ cum apicibus & punctis le-  
gantur: Ex ipsis enim vox JEHOVA redditur. Sed quoad mysterii signi-  
ficationem omnino ineffabile est. Ita enim distincte divinam essentiam  
significat, ut cum simplicissimā ipsius unitate, & divinarum persona-  
rum trinitate, æternam earum distinctionem originem, productionemque  
aperte insinuet. Quia igitur Deus trinus, qui omnino ineffabilis est, at-  
que incomprehensibilis, per hoc nomen significatur, idcirco nomen ipsum  
ineffabile dicitur. B. Dn. D. Gerhard. in LL. CC. Lib. II. c. 3. §. 24.  
Cl. Leusden. in Philol. Ebr. Dissert. XXIX. th. 15, Fuller. in Miscell. l.  
c. & l. 4. c. 13. hoc nomen dici ineffabile putant non ἀπλῶς, sed  
κατὰ τὴν, scil. respectu Græcæ lingvæ, quod in Græcâ lingvâ, seu  
Græcis literis non possit exprimi. Græci siquidem in Alphabeto  
suo nullam harum literarum habent, non Jod seu consonantem,  
sed vocalem, ut & nec Vau velut consonantem, neque vel in me-  
dio vel in fine Spiritum. Sic v. g. nomen יהוה Græce non aliter  
quam per Ἰεωουα aut Ἰεωυα efferri potest. Sed qualis hæc est κακο-  
φωνία? Ne dicamus Spiritum quoque s. literam η̄ omissam esse. De-  
niq; Pl. Rev. Dn. L. Pfeiffer. in Dissert. de Nom. div. th. 14. nomen hoc  
vocari à Patribus ineffabile judicat, non ex deliberato consilio, sed  
ex famâ, qua hac nomen penes Judæos ineffabile esse ferebatur.

§. 6. Homonymia nominis hujus nulla est. Nomen יהוה siqui-  
dem semper uno eodemque modo i. e. tantum de vero Deo adhibe-  
tur. Idque vel ἰσιωδῶς pro tribus personis conjunctim sumtis, seu de  
tota essentia divinâ ut Exod. XX, 2, 5, 7, & c. Vel ὑποστατικῶς pro Pa-  
tre Pl. CX, 1, Gen. XIX, 24, & c. pro Filio Gen. XVI, 7, 13, c. XIX, 24, c.  
XXII, 11, & c. pro Spiritu S. Es. I, 2, Ezech. I, 3, collat. cum Zach. VII, 12,  
1. Pet. I, 11, 2. Pet. I, 21. & c. Sed hæc non sunt ad palatum Anti-Trini-  
tariis, Socin. contra Wieck. c. 6. p. 936, Ostorod. contr. Trad. p. 2. c. 2. p. 91,  
Enjedin. in c. 16 Genes. p. 25. Schmalz. contr. Ravensp. p. 47. & c. Quibus  
frigidam suffundunt Perer. & Corn. à L. in c. 6. Exod. Bell. l. 1. de Chr. c. 5.  
Zwing. in c. 3. Exod., Calv. Inst. l. 1. c. 3, Zanch. l. 5. c. 5. de trib. Eloh., Marl.,  
Merc., Musc. & c. Calixt. Drejer. Hornej., Laterm. & c. Illi nomen יהוה  
etiam Angelis ac creaturis tribui τὸ ὄνομα καὶ λαλῆσθαι defendunt. § 7.

§. 7. In illorum igitur gratiam hæc ulterius deducenda sunt. Formamus autem primò *εἰς τὴν τῆς συμπράξεως*. Scilicet, non quæritur de nomine יהוה quocunqve modo posito sive absolutè, sive cum adjectis particulis, sive extra compositionem sive in compositione. Concedimus enim, nomen יהוה in compositione, & cum adjectis particulis, quandoqve creaturis tribui. Quamvis, si dicendum quod res est, tum non ipsum nomen יהוה, sed aliud planè diversum nomen, cujus constitutionem nomen יהוה ingreditur, creaturis attribuatur. Sententia igitur nostra est, *nomen יהוה simpliciter & absolutè, sine adjectis particulis & extra compositionem positum, nemini, nisi qui verus, naturalis, & æternus DEUS est, competere.*

§. 8. Hoc asseritum jam confirmamus (1) ex S. S. & quidem brevibus, ne *εἰς τὸ σάμαμα πῶδα, καὶ ἐν ἀλλοτριῶ χόρω πῶδα τῆ γενεῶν* videamur. Præprimis a. observatu dignum est, quod Deus ipse nomen יהוה sibi tanquam maximè proprium vendicet: Nam Exod. III, 15. ita instruit Mosen: Sic dices ad filios Israël: יהוה Deus Patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob misit me ad vos, זה שמי לעולם וזה זכרי לדר דר. Hoc est nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem: Nimirum v. 14. Moses de nomine Dei proprio, quo ab Idolis & creaturis distingveretur, & Israëlita eum possent distingvere, quæsierat. De tali igitur nomine proprio in responsione quoq; loquitur DEUS, & dicit, illud non tantum esse יהוה, sed & יהוה: Imò יהוה esse nomen suum in æternum, & suum זכר, vel ut LXX habent, *μνημόσων*, à generatione in generationem. Hinc utiqve nulli præter Deum hoc nomen potest competere: Aliàs Deus non rectè respondisset ad Mosis quæsitum, imò nomen יהוה suum memoriale perpetuum minus rectè nuncupasset. Quod *ἀπο τῶν*. Deinde verò etiam nomine יהוה Deus ab omnibus Idolis & creaturis se expressè discernit, Es. XLII, 8. אני יהוה הוא שמי וכברי לאחר לא אתן ותהלתי לפסילי Ego Jehova, hoc est nomen meum, & gloriam meam alteri non dabo, nec laudem meam idolis. Sic & Es. XLIII, 11. אנכי אנכי יהוה ואין מבלעדי מושיע Ego, Ego Jehova, & extra me non est Servator. Conf. Jer. XVI, 21. Qvî potest jam hoc nomen Idolis & creaturis at-



cum nominis Ebraei Epitheton. Confer. *Cartwright. in Elect. ad Exod. p. 32. & Sixt. Amam. de nomine יהוה* tb. 17. (β) Significatio hujus nominis tantum vero Deo competit. Hoc nomen siquidem, ut Disput. subseq. probabimus, infert vi Etymi essentiam independentem & immutabilem: Illa autem soli Deo competit. Quare & hoc nomen nemini praeter illum adscribi potest. Accedit (γ) consensus Patrum ac Rabbiorum. Sic Euseb. l. 2. de praepar. Evang. nuncupat illud ὄνομα ἰδίου. *Orig. Homil. 14. p. 225. Nulla, inquit, dubitatio est, quin (nomen Tetragrammaton יהוה) de vero Deo & mundi Creatore dicatur. Et Hieronym. Epist. 142. Psalmum XXIV. explicans: Pro eo, quod in versione Aquila habetur Dominus, Ebraicè habetur nomen quatuor litterarum, quod propriè Deo convenit &c. &c. Ita quoque R. Moses Maimon. Egypt. in More Nebuch. p. 1. c. 160. citante Galatin. l. 2. de A. C. V. c. 10. colum. 76. Unum nomen יהוה, ait, esse appropriatum Creatori altissimo &c. Et paulò post: Non est dubium, quin hoc nomen gloriosum, sit nomen illud, in quo non est participatio inter Creatorem & aliquid aliud &c. Et Menasse Ben Israël in Concil. super Exod. p. 104. docet è Rabbinis, hoc discriminis inter alia nomina & tetragrammaton intercedere, quod cetera nomina in S. S. aliis quoque rebus tribuantur: Ast venerabile illud nomen soli Deo, nec praetera cuiquam &c. Conf. §. 4. Quibus adstipulantur praeter Nostrates, è Socinian. Socin, Crell. &c. è Pontific. Lyran. Burgens., Galatin., Pagnin., S. Senens., Lorichius, Delrio &c. è Calvinianis Buxtorf., Drus., Polan., Keckermann., Wendel. &c.*

§. 10. Ne verò Adversarii sua λεγόμενα gratis proposuisse videantur, ea defensuri, varia conquirunt σοφα φάρμακα. Dicunt (1) nomen יהוה toties totiesque in SS. tribui Angelis, ut Gen. XVI, 13. c. XVIII, 1, 2. seqq. c. XIX, 24. Exod. III, 2. &c. &c. Sed in hisce & similibus per Angelum intelligendum esse, non Angelum creatum, sed increatum, ipsum Dei Filium, & ejusmodi loca rectius verti, *Angelus Jehova, quam Angelus Jehova, Nostrates λευκοτάτοις δόξαι* probant. *Conf. B. Gerhard. in LL. CC. L. II. c. 3. §. 36. seqq. Magnif. Dn. D. Calov. l. c. B. Dorsch. & B. Waltb. l. c. &c.* Nec inspecto Textu res illa cuiquam obscura esse potest. In locis enim allegatis ut & in similibus huic Angelo semper divina attributa & opera vendicantur. Quis igitur illum verum Deum esse, negare

poterit? Sic Gen. XVI, Angelus ille dicit, se semen Hagaris in im-  
 mensum multiplicaturum esse v. 10, item se afflictionem Hagaris  
 exaudivisse v. 11. Quod certè de Angelo creato dici nequit. Gen.  
 XVIII. verò tribuitur illi Angelo partim omniscientia, & *καθοδο-*  
*γνωσία*, quod risum Saræ, qui factus erat בקרבה v. 12. cognove-  
 rit, item quod præscientiam certam rei contingenter eventuræ,  
 v. 19. sc. futuræ constantiæ Abrahami in pietate domestica, habue-  
 rit: partim Omnipotentia, quæ v. 10. ex promissa illa foecundatio-  
 ne Saræ sterilis & decrepitæ colligitur: Item potestas iudicandi  
 omnem terram v. 25. Et denique Sodomitarum ac impiorum pu-  
 nitio. Quæ de nemine, nisi qui est verus Deus, dici posse, nemo est,  
 qui ignorat. Sic & Exod. III. tribuitur huic Angelo omniscientia  
 v. 7, omnipotentia v. 19, seqq. omnipræsentia, v. 6, 7, 12. &c. Nec  
 objectiuncula illa quidquam habet roboris: *Legatum insigniri no-*  
*mine legantis, sic & Angelos à Deo missos vocari nomine יְהוָה*.  
 Nos enim peculiarem inter legantem & legatum *ἀξίον* facile con-  
 cedimus, ita ut legatus personam principis repræsentare, ac in  
 faciendis edictis usurpare possit: Sed legatum directè ac in casu  
 recto nomen legantis sibi sumere posse, negamus. Quis enim le-  
 gatorum unquam dixit: *Ego sum Leopoldus Imperator Romanus,*  
*Ego sum Carolus Rex Sveciæ &c.* Et si vel maximè in politicis hoc  
 procederet, tamen huc non quadraret, cum alia sit ratio lingvæ  
 Ebrææ, alia aliarum; alia Dei Monarchæ ubique præsentissimi,  
 alia principis terreni &c.

§. II. Opponunt etiam nobis (2) Num. X, 35. 2. Sam. VI, 2.  
 ubi arcæ foederis, & Jer. XXXIII, 16. ubi civitati Hierosolymæ no-  
 men יְהוָה tribui videtur. Sed respondemus: VIDETUR. Ibi enim  
 nomen יְהוָה non arcæ, sed ipsi Deo; hic verò non civitati, sed Mes-  
 siæ Salvatori nostro tribui Nostrates antea citati, iterum solidissi-  
 mè demonstrant, ut fermè Carneades sit, qui contradicere audeat.  
 In loco tamen Jeremiano, ubi habetur (non ה, sed ) pronomem  
 foemininum ה, *οὗ ἀντιλήθητες* se reperisse putant, non quod  
 pueri solent in faba: Illud enim non ad Messiam vel Regem illum  
 Davidis, ceu nomen generis masculini, sed ad nomen foemininum,  
 sc. civitatem Hierosolymam applicari debere clamitant. Sed salva  
 res est. Juxta nonnullos datur hic enallage generis, apud Ebræos  
 non

non infreqvens. Juxta alios ponitur activum pro passivo, hoc sensu: *Et hoc (sc. nomen) quo vocabitur illi (vel ab illâ Hierosolymâ) erit Jehova justitia nostra.* Vel ut verba, per se ex fonte fluunt, יהוה אשר יקרא לה יהוה צדקנו *Est iste, qui vocabit eam (sc. Hierosolymam s. Ecclesiam) erit Jehova justitia nostra.* Ut ita de gratiosa convocatione per verbum & Sacramenta hic Textus loqvatur. Quæ Versio aliàs *Aria Montani* est; Quam tamen amplectuntur *Pagnin., Münster., Galatin., Tremell., Junius., & nostratibus B. D. Helvicus T. V. Giesl. Disp. 4. th. 46., & B. D. Hülfemann in Comment. ad b.l.* Verbum קרא autem non tantum de nuda sed & gratiosâ vocatione in S. S. usurpari, *Flac. in Clav. SS. P. I.* monstrat.

§. 12. Denique (3) & sic ogganniunt: Locum quendam ab Abrahamo appellari יהוה יהוה Gen. XXII, 14. Altare à Mose יהוה נסו Exod. XVII, 15. : A Gideone, יהוה שלום Jud. VII, 24. Ast ὁ δὲν εἰπὼς ἐπὶ Θεῷ. Nos loqvimur de capis, & illi respondent de alio. Sermo nobis est de nomine יהוה simpliciter & absolutè posito. Sed quid ad hoc exempla allata? In illis tribuitur nomen יהוה cum adjectâ certâ particulâ rebus creatis. Quod quidem possumus concedere. Sic & aliàs dantur nomina ex hoc nomine composita v. g. יהוה נתן / יהושפט &c. Perinde ut ex בֵּת componuntur *Bethel, Israël, Ismaël &c.* : Ex Græco Θεός, *Theophilus, Theodorus, &c.* Ex Germanico *Gottlieb, Gottfried, &c.* Quæ tamen non propterâ dicuntur esse Dei nomina. Præterea quoque observant alii, talia nomina יהוה נסו / יהוה שלום &c. absolvere totam enunciationem, si modò more lingvæ sanctæ copula subintelligatur h. m. Jehova est שלום s. pax, Jehova est נסו s. vexillum meum. Deniq; *Hafenreff. in templ. Ezech. p. 178.* in talibus denominationibus ἐκθεσιμῶς nomen in regimine positum vel pronomen subaudiendum esse contendit h. m. *Vocavit Abraham nomen loci illius, locum Jehovæ, qui providebit, vel in quo providebit Jehovæ. Moses vocavit nomen altaris, altare Jehovæ vexilli mei: Gideon, altare Jehovæ pacis.* Neq; hæc conjectura omni fundamento caret. Talis enim Ellipsis in S. S. occurrit frequentissimè. Unū saltem, alterumve lubet in præsentī adducere exemplum Sic Deut. XX, 19. כִּי הָאָדָם עֵץ *Nam homo arbor agri, h. e. חַיֵּי הָאָדָם חַיֵּי הָאָדָם* *Vita hominis arbor agri*

*agri est i. e. ex fructibus arborum etiam sustentatur, ideoq; illæ non sunt perdendæ, aut succidendæ: i. Reg. II, 7. יהוה באכלו שלחנה. Erunt inter comedentes mensæ tuæ h. e. באכלו לחם inter comedentes cibum mensæ tuæ &c. Jer. II, 8. לא יועילו אחרי Post, non profunt ambulat, &c. i. e. אחרי אלילים שלא Post idola, quæ non profunt, ambulat &c. Sed hac de controversia hæc sufficiant. For- san in illâ decidendâ justo prolixiores fuimus. At cum ea non de asini umbrâ, aut lana caprina sit, quin hujus prolixitatis veniam impetraturi simus, nulli dubitamus.*

S. 13. Jam tandem ad ipsam nominis יהוה materiam ac formam progredimur. Datur enim in vocibus aliquid analogum materiæ, aliquid analogum formæ. Quorum illud inter alia quoque sunt literæ, scilicet consonæ ac vocales: Hoc verò, significatio. Ut igitur jam de nominis יהוה consonis & vocalibus, & postmodum de ejus significatione agamus, ratio ordinis postulat. De literis autem primum asserimus, eas, non plures, sed unicam saltem denotare vocem. Judæi eqvidem diversum quid hic statuentes, appellant hoc nomen modò המפרש של יב אותיות nomen expositum per 12 literas: modò המפרש של מב אותיות nomen expositum per 42 literas: modò המפרש של עב אותיות nomen expositum per 72 literas: item שם בן עב תיבות nomen 72 dictionum. Quo ipso innuunt, nomen יהוה esse complexionem multorum nominum, tot habentem literas, ad unum illud nomen Jehova exponendum accommodatas. Et, ut antiquum obtineant, hac de re nugantur egregiè: Nomen enim יהוה nomē 12 literarum appellant, partim, quod nomen יהוה Num. VI, 24. in solenni illa benedictione ter positum 12 literas faciat, partim, quod vocula יהוה Exod. III, 15. ( ubi Deus ad Mosen &c. וזה שמי ) numerum duode- narium exprimat. Literas autem illas 12, Galat. I. 2. c. II. de A. C. V. sic exponit, אב בן ורוח הקדש Pater, Filius, & Spiritus S. Porro nomen 42 literarum vocant juxta R. Chiskiam, quod אהיה Exod. III, 14. bis scriptum, 42 contineat. Illudq; à Sacerdote magno in die expiationum Lev. XVI. fuisse prolatum perhibent. Literæ autem illæ



illæ 42 apud Galat. ita enumerantur: אב אלהים בן אלהים רוח Pater Deus, Filius Deus, Spiritus S. Deus, tres in uno, & unus in tribus. Vel ita: אב אל בן אל ורוח הקדש אל אבל לא שלשה אלהים כי אם אחד אלה: Pater Deus, Filius Deus, & Sp. S. Deus, sed non tres Dii, verum unus Deus. Nomen deniq; 72 literarum nominant ex v. 21. Exod. XIV, qvi 72. constat literis: Sicut & præcedentes v. 19. ac 20. tot continent literas: Hinc denuo ex illis tribus versibus simul sumtis faciunt 72. dictiones, & nomen יהוה etiã nomen 72. dictionũ nuncupant. Ast risum teneatis Amici: Certè ipsi Judæi, quæ garriunt, ignorant: Hinc nomen 12 & 42 literarum sibi non revelatum esse, ultrò fatentur alii. Nostra igitur inconcussa manet thesis, literas יהוה, saltem unicum denotare nomen, usqve dum contrarium probetur. De expositionibus verò Galatini ita judicamus: Eas quidem ad nomen יהוה non quadrare: Nihilominus tamen, si auctoritatibus Rabbinicis confirmatæ essent, firmum contra Judæos SS. Trinitatem negantes, suppeditare potuisse argumentum. Sed cum librum illum גלי רויא & quæ Galatinus adduxit, vobiscum accusent, parum quidem, imò nihil hæc proderunt.

§. 14. Cæterum Cl. Scickard. in ea etiam videtur esse sententiã, literas יהוה plures denotare voces: Ita enim in Tract. illo German. dem Hebräischen Trichter c. 1. p. 16. Der grosse Nahme Gottes יהוה &c. ist eine künstliche abbreviatur des wesentlichen und längeren Nahmen Gottes / da ein ieder Buchstab ein ganzes Wort bedeutet: Alsdenn geschrieben stehet Exod. 3. v. 15. hoc est יהוה memoriale meum, das ist meines Nahmens Gedend. Zeichen: Gleicher Weise wie im Titul des Creuzes Christi INRI nicht Inri, sondern Jesus Nazarenus Rex Judæorum lauten: Oder im Teutschen K K M / Römische Känserliche Majestät bedeutet. Also bringe auch da ein ieder Buchstab ein ganzes Wort / und bedeutet dem Inhalt nach: Er ist der Er ist / laut des vorhergehenden Texts / da Gott zu Mose sagt v. 14. Ich bin der ich bin / welches denn Johannes noch deutlicher erkläret Ap I, 4. Der da ist / der da war / und der da seyn wird &c. Sed cum Scickardus non probet, quod quidem probare debebat, eundem hic deserimus. Non enim sequitur: Nomen יהוה est memoriale Dei, item, nomen יהוה infert essentiæ di-  
vinae

vinæ independentiam ac æternitatem: Ergò ejus literæ plures denotant voces. T& INRI verò ac *Κ. Ρ. Μ.* & *יהוה* longè alia, eaq; planè disfimilis est ratio.

§. 15. Deinde quoq; plurima, ex literis *יהוה* indagant mysteria, quæ tamen eodem loco cordati habent. Et primum quidem ex illis mysterium S. S. Trinitatis probare allaborant, partim quod *יהוה* descendat à R. *יהוה*, quæ ut aliæ perfectæ radices, trilitera est, partim quod habeat tres vocales, partim quod à Chaldæis per tria Jod scribatur, partim quod tribus pronuncietur syllabis &c. Galat. l. c. c. 10. ita procedit: Jod, cum illud inferat principium, exprimere Patrem, *יה*, cum esse vel vivere significet, Filium, per quem omnia facta sunt: *ו* sc. copulativum, Spiritum S., cum ille sit amor Patris & Filii, quo se invicem amant, & ita utriusque nexus: Porro cum *יה* in nomine *יהוה* bis ponatur, ex eo quoque mysterium incarnationis eliciunt. Eo significari, ajunt, naturam humanam filio, qui per *יה* notatur, personaliter unitam & in S. S. Trinitatis consortium evedtam esse. Cumq; nomen *יהוה* ex meris constet literis quiescentibus, id itidem mysterio carere nequit: Nempe Deum esse animæ nostræ quietem, omnia quiete gubernare, omnia quiete & sine defatigatione operari &c. Sed hæc subtilitates, si non subtile, tamen otiosum requirunt ingenium. Forsan altioris sunt indaginis, quæ pro æternitate Dei ex hoc nomine afferre solent. Dicunt enim, hoc nomen omnes tres temporis differentias, Præsens, Præteritum, & Futurum continere: Præteritum exprimi per He Kametzatum, quod aliàs in verborum *יהוה* præteritis locum habere solet: Præsens per Hholem, quod Participio Benoni, vices Præsens apud Ebræos suppleti proprium est: Futurum per literam Jod, unam ex *יהוה*, quæ vel actu, vel *dundus* in Futuro sub se habet Scheva &c. Sed tempore ac charta exclusi hîc cogimur subsistere: Quæ verò de nominis *יהוה* vocalibus, significatione &c. supersunt, subsequenti Disertationi reservamus. Jehovahæ verò iterum pro præstito auxilio persolvimus gratias, dicentes

מעשה ייחודיך


Aug VI 15


ULB Halle 3  
003 865 746  


Sb.

Reho  
VD 17  
KD 18  
Z







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

6

دُعَاةُ بِلَالِ بْنِ رِبَاعٍ

# MINNE MINO

دُعَاةُ

TATIO I.

...  
te Jehova,  
*Albim Academiâ,*  
ÆSES

## US Schwarze /

ia Pomeranus.  
PONDENS  
NNES LAURENTIUS,  
liâ Livon.  
minandam fistunt  
itorio minori  
gusti horis antemeridianis,  
ginei M. DC. LXXVII.

ENBERGÆ,  
IENCKELII, Acad. Typogr.

